# INDEX APPENDICIS

## Litaniæ


Litaniæ de sanctissimo Nomine Jesu . . . . . . . (2)
Litaniæ de sacratissimo Corde Jesu . . . . . . . (3)
Litaniæ Lauretanæ B. Mariæ Virg. . . . . . . . (4)
Litaniæ de S. Joseph . . . . . . . . . (6)


## Preces diversæ


Oratio S. Augustini edita jussu Urbani Papæ VIII . . (7)
Oratio Clementis Papæ XI . . . . . . . . . . (8)
Piæ petitiones S. Augustini . . . . . . . . . (9)
Oratio S. Thomæ Aqu. ad vitam sancte agendam . . (9)
Oratio proposita a Leone XIII . . . . . . . . (10)
Oratio „Pietáte tua“ . . . . . . . . . . (11)
Oratio ad S. Joseph Ecclesiæ universalis Patronum . . (11)
Oratio S. Thomæ Aqu. ante studium . . . . . . (12)
Oratio ad S. Thomam Scholarum cathol. Patronum . . (12)
Oratio S. Anselmi ante contionem . . . . . . . (13)
Oratio Sacerdotis antequam Confessiones excipiat . . (13)
Oratio Sacerdotis postquam Confessiones exceperit . . (13)
Oratio Sacerdotis ante et post ipsius Confessionem . . (14)
Oratio ad servandam vocationis gratiam . . . . . (15)
Oratio ad servandam castitatem . . . . . . . . (15)
Oratio jaculatoria . . . . . . . . . . . . (15)
Formula consecrationis sacratissimo Cordi Jesu a Clero recitanda . . . . . . . . . . . . . . (16)
Oratio S. Francisci Xaverii pro conversione infidelium . (16)
Oratio ad impetrandam Africæ conversionem . . . . (17)
Formula precandi pro aliis . . . . . . . . . (17)
Oratio ad impetrandam bonam mortem . . . . . . (18)
Quinque Puncta ante vel post Communionem utilissime recitanda . . . . . . . . . . . . . . . (18)
Oratio ante Sanctissimum Sacramentum . . . . . . (18)
Formula Absolutionis generalis pro Tertiariis sæcularibus (20)
In Benedictione augustissimi Sacramenti . . . . . . (21)




# OFFICIA PROPRIA

SANCTORUM

# DIOECESIS BRIXINENSIS

## PARS AUTUMNALIS


**BRIXINÆ**

SUMPTIBUS ET TYPIS TYROLIÆ

**MCMXIV**

**Imprimatur.**

Brixinae, 1. Novembris 1914.

† FRANCISCUS, Epus.

# KALENDARIUM PERPETUUM IN USUM DIOECESIS BRIXINENSIS.

## PARS AUTUMNALIS.

### Augustus.

Decollatio S. Joannis Baptistæ. dupl. maj. com. s. Sabinæ M.
Rosæ Limanæ V. dupl. com. ss. Felicis et Adaucti Mm.
Raymundi Nonnati C. dupl.

### September.

Ægidii Abb. simpl. com. ss. Duodecim Fratr. Mm.
Stephani Regis, C. sem.

Laurentii Justiniani E. C. sem.
Magni Abb. dupl.

Nativitas BMV. dupl. 2. class. cum oct. sim. com. s. Hadriani M.
Gorgonii M. simpl.
Dedicatio Eccl. Cathedr. dupl. 1. class. cum oct. commun. com. s. Nicolai de Tolentino C. (dupl.).
De Octava sem. com. ss. Proti et Hyacinthi Mm.
Nominis Mariæ dupl. maj. com. oct.
Nothburgæ V. dupl. com. oct.
Exaltatio s. Crucis, dupl. maj. com. oct.
Septem Dolorum BMV. dupl. 2. class. com. s. Nicomedis M.
Cornelii Pp. et Cypriani E. Mm. sem. com. oct. et ss. Euphemiæ et Soc. Mm.
Octava Dedic. Eccl. Cath. dupl. maj. com. Impressionis Stigmatum s. Francisci C. (dupl.).
Josephi a Cupertino C. dupl.
Januarii E. et Soc. Mm. dupl.
Eustachii et Soc. Mm. dupl. com. Vigiliæ.
Matthæi Ap. et Ev. dupl. 2. class.
Thomæ de Villanova E. C. dupl. com. ss. Mauritii et Soc. Mm.
Lini Pp. M. sem. com. s. Theclæ V. M.
BMV. de Mercede, dupl. maj.

Cypriani et Justinæ V. Mm. simpl.
Cosmæ et Damiani Mm. sem.

28. S. Wenceslai Ducis M. sem.
29. Dedicatio s. Michaëlis Archang. dupl. 2. class.
30. S. Hieronymi Presb. C. et Eccl. D. dupl.

## October.

1. S. Remigii E. C. simpl.
2. Ss. Angelorum Custodum dupl. maj.
3.
4. S. Francisci C. dupl. maj.
5. Ss. Placidi et Soc. Mm. simpl.
6. S. Brunonis C. dupl.
7. Ss. Rosarii BMV. dupl. 2. class. com. s. Marci Pp. C. et ss. Sergii et Soc. Mm.
8. S. Birgittæ Vid. dupl.
9. Ss. Dionysii E. et Soc. Mm. sem.
10. S. Francisci Borgiæ C. sem.
11.
12. In eccl. consecratis Dioec. excepta Cathedr.: Dedicatio propriæ Eccl. dupl. 1. class. cum oct.
13. S. Eduardi Reg. C. sem. in eccl. consecr. except. Cath. com. oct.
14. S. Callisti I. Pp. M. dupl. in eccl. consecr. except. Cath. com. oct.
15. S. Teresiæ V. dupl. in eccl. consecr. except. Cath. com. oct.
16. S. Galli Abb. sem. in eccl. consecr. except. Cath. com. oct.
17. S. Hedwigis Vid. sem. in eccl. consecr. except. Cath. com. oct.
18. S. Lucæ Ev. dupl. 2. class.
19. S. Petri de Alcantara C. dupl. In eccl. consecr. except. Cath.: Octava Dedic. eccl. propr. dupl. maj com. s. Petri Alc. C. (dupl.).
20. S. Joannis Cantii C. dupl.
21. S. Hilarionis Abb. simpl. com. ss. Ursulæ et Soc. Vv. et Mm.
22.
23.
24.
25. Ss. Chrysanthi et Dariæ Mm. simpl.
26 S. Evaristi Pp. M. simpl.
27. Vigilia.
28. Ss. Simonis et Judæ App. dupl. 2. class.
29.
30.
31. Vigilia.

## November.

1. Omnium Sanctorum, dupl. 1. class. cum oct.
2. Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, dupl.
3. De Octava. sem.
4. S. Caroli E. C. dupl. com. oct. ac ss. Vitalis et Agricolæ Mm.
5. De Octava sem.
6. De Octava sem.
7. De Octava sem.
8. Octava Omnium Sanctorum, dupl. maj. com. ss. Quatuor Coronatorum Mm.



9. Dedicatio Archibasilicæ Ss. Salvatoris, dupl. 2. class. com. s. Theodori M.
10. S. Andreæ Avellini C. dupl. com. ss. Tryphonis et Soc. Mm.
11. S. Martini E. C. dupl. com. s. Mennæ M.
12. S. Martini I. Pp. M. sem.
13. S. Didaci C. sem.
14. S. Josaphat E. M. dupl.
15. S. Gertrudis V. dupl.
16.
17. S. Florini C. dupl. com. s. Gregorii Thaumat. E. C. (sem.).
18. Dedicatio Basilicarum ss. Petri et Pauli App. dupl. maj.
19. S. Elisabeth Vid. dupl. com. s. Pontiani Pp. M.
20. S. Felicis de Valois C. dupl.
21. Præsentatio BMV. dupl. maj.
22. S. Cæciliæ V. M. dupl.
23. S. Clementis I. Pp. M. dupl. com. s. Felicitatis M.
24. S. Joannis a Cruce C. dupl. com. s. Chrysogoni M.
25. S. Catharinæ V. M. dupl.
26. S. Silvestri Abb. dupl. com. s. Petri E. M.
27.
28.
29. Vigilia com. s. Saturnini M.
30. S. Andreæ Ap. dupl. 2. class.

## December.

1
2. S. Bibianæ V. M. sem.

OFFICIA PROPRIA SANCTORUM
# DIOECESIS BRIXINENSIS.
PARS AUTUMNALIS.

Die 6. Septembris.
## S. Magni Abbatis.
Duplex. Oratio.

Intercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Magni Abbátis commén-det: ut, quod nostris méritis non valémus; ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

Pro com. præc.

Ant. Amávit eum Dóminus et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Justum.

Oratio.

Da quǽsumus, omnipotens Deus: ut beáti Lauréntii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas; et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

**In II. Nocturno.**

Lectio iv.

Magnus, primus Magnoáldus dictus ex Hibérnia oriúndus, Columbánum et Gallum, spectátæ virtútis viros, ejúsdem ínsulæ Religiósos, partim prædicándi verbi Dei, partim solitáriæ vitæ stúdio secútus, ita utríque probátus est, ut obediéndi alacritáte, vitæ sanctimónia, miraculórum virtúte foret ipsis admiratióni. Qui cum ad



silvam Brigantínam venissent, eodémque in loco aliquámdiu commoráti multos ad fidem convertíssent, gravi gentílium invídia agitáti, Columbánus in Itáliam, Magnus et Gallus in eam erémi partem, quæ Arbonénsi território inter fines Brigantíni lacus, Rhætiarúmque Alpes adjácet, se contulérunt.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Magnus dein peragrátis plúribus regiónibus, sparsóque in iis Evangélii sémine, divíno Númine ductus, ad Alpes Júlias conténdit, eo in itínere cæcum illúminans. Agrum vero Campidonénsem cœtu hóminum olim frequéntem attíngens, eum jam omníno incúltum et desértum offéndit, serpéntum autem vermiúmque collúvie ac dæmonum malefíciis ádeo inféstum, ut nec feræ venatóribus elápsae, nec hómines casu eo deláti vitam ab intéritu tuéri possent. Quin et ultérius progréssus in serpéntem immánem íncidit, quem Dei auxílio enécuit, et quidquid prætérea noxiárum ánguium vermiúmque locum inséderat, id omne précibus suis proscrípsit. Régio deinde sic expurgáta ubi pópulis ad inhabitándum rursus esse cœpit úsui, magna vicinárum géntium turba ad Christum addúcta est.

℟. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Induit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Ad locum porro Equicáput dictum véniens, ingéntem álium valde nóxium dracónem, sacris relíquiis signóque crucis munítus, précibus quoque exstínxit. Post ad Alpium fauces progréssus monastérium exstrúxit, hódie Füssen nuncupátum, ibi magna et mira operátus, cæcis visum, surdis audítum, claudis gressum réddidit: truculéntas quoque feras obedíre sibi coégit, áliaque plúrima édidit prodígia, quibus magnam incolárum multitúdinem Christo lucrifécit. Postquam autem vigínti quinque annos in eódem cœnóbio vitam sancte egit, ætátis suæ anno septuagésimo tértio ad Beatórum sedes octávo Idus Septémbris felíciter migrávit, corpus suum monastério relínquens pretiósum thesáurum.

℟. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. ℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cœléstia regna. Quia. Glória. Quia.

In III. Nocturno Homilia in Evang. Ecce nos de Comm. Abbatum.

---

Die 10. Septembris.

## Dedicatio Ecclesiae Cathedralis.

Duplex 1. class. cum octava. Ad Laudes fit com. s. Nicolai a Toletino C. ut in Breviario.

---

Die 11. Septembris.

## De Octava Dedic. Eccl. Cath.

Semidupl.

Et fit IX. Lect. et com. ss. Proti et Hyacinthi Mm.

---

Die 13. Septembris.

## B. Nothburgae Virg.

Duplex.

Ant. ad Magn. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. ℣. Specie tua.

Oratio.

Præténde, Dómine, fidélibus tuis déxteram cœléstis auxílii: ut méritis et exémplo beátæ Nothbúrgæ Vírginis te toto corde perquírant; et quæ digne póstulant, cónsequi mereántur.

Ultimo com. Oct. Dedicat.

Ant. O quam metuéndus est locus iste; vere non est hic áliud, nisi domus Dei et porta cœli. ℣. Domum tuam.

Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui et præsta: ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dom.



In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

### In II. Nocturno.

Lectio iv.

Nothbúrga virgo piis e paréntibus Rattenbérgæ ad annum millésimum ducentésimum sexagésimum quintum in lucem pródiit. Octódecim annos nata a cónjuge dívitis cujúsdam viri, cui famulabátur, rei domésticæ præfécta ita prudénter se gessit, ut, annuénte hero, quæ mensæ supérerant, paupéribus daret. Hos autem illa nedum férculis, sed cœlésti étiam reficiébat doctrína. Hisce dóminis emórtuis succédit fílius cum iníqua uxóre, quæ dapum relíquias porcis tradi jubet. Dolet Nothbúrga ac ne egénis desit, eos in platéis conquírit et, quos sibi sexta féria detráxerat, cibos iisdem dívidit. Ejus autem herus, uti fertur, aliquándo ipsi óbviam

factus, quid grémio gestet, aperíre jubet. Paret Nothbúrga, sed Dei benefício, sicut est tráditum, cibi in ássulas et schídias, vinum in lixívíam commutántur. Rerum sériem edócta dómina eam duris verbis compéllat et a famulátu dimíttit.

℟. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: * Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, et regna. Et dedúcet.

Lectio v.

Aequo ánimo hæc ferens Nothbúrga cúidam rústico in Alpibus Eben suam locat óperam, eo tamen pacto, ut, quod a labóre supérsit, in oratióne tempus impéndat, ac vespertínis horis, quæ dies festos præcédant, ab agéndo cesset. Spondet agrícola, sed quodam sábbato eam condícto tárdius ad meténdas fruges impéllit. Ipsa falce attóllit, ac legítimi pa cupit árbitram: quæ manu ávolans, ceu memóriæ próditum, sta péndula in äëre. Ut aute cœlésti sponso confórm fíeret, qui ómnibus despéctui fuit, vilíssim quæque amplectebátu At Deus, qui exált húmiles, illátam ancil suæ injúriam est ultu Prior enim dómina, qu eam ejécerat, non mul post intériit, ejúsque vi calamitátibus percúls est ac fratris insídiis. I ígitur áliam ducens uxorem rursus in sui famulátum Nothbúrgam adscíscit, data vénia, ut pr sua liberalitáte egén cónsulat. Quod ancil Dei nedum præstitit, se étiam utrúmque fratre brevi reconciliávit. Ips vero humánas inter vicissitúdines in cœlu inténta, accénsam contínuo lámpadem oleúmque gerébat, ut divin sponso adventánti stati



bviam iret; ratiónem uoque, qua humári vellet, hero suo pandébat ngénue.

℟. Dilexísti justítiam, et dísti iniquitátem: * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ. ℣. Propter veritátem et mansuetúdinem et justítiam. Proptérea.

Lectio vi.

Itaque anno círciter millésimo tercentésimo décimo tértio suprémo morbo corrépta est, sacrísque mystériis roboráta inter ómnium lácrimas ac páuperum gémitus transívit ad sponsum. Ejus votis ánnuens herus, exúvias plaustro impóni binósque jungi boves ímperat, qui absque ductóre digrediántur. Hi, sícuti fama perhibétur, primum ad régiam viam, subínde ad Œni ripam pergunt, ac per divísas flúminis aquas Nothbúrgæ corpus in Ebenénsem montem déferunt. Eo loci tantísper quiéscunt, et qui fúnebrem sequebántur pompam, præstolári vidéntur. Mox in prærúpta curréntes ante sacéllum sancto Rupérto sacrum virgíneas exúvias depónunt, quæ statim íníbi ad aram tumulátæ sunt. Plúrima referúntur prodígia ejúsdem Beátæ ope a Deo patráta. Hinc templum exstrúctum ab ea nuncupátum, hinc ipsíus corpus érutum et antístitis auctoritáte recógnitum, elátum ac munífice decorátum. Nothbúrga autem nedum Tyrólis, sed et Baváriæ, Austriæ, Carnìolæ, Istriæ, aliarúmque géntium stúdii et cultus est potíta. Cultum hunc vetustíssimum Pius nonus Póntifex Máximus ex sacrórum Rítuum Congregatiónis consúlto ratum hábuit et confirmávit, atque in ejúsdem Beátæ honórem Offícium et Missam celebrári concéssit.

℟. Afferéntur Regi vír-

gines post eam, próximæ ejus * Afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, et regna. Afferéntur. Glória Patri. Afferéntur.

In III. Nocturno Homilia in Evangel. Simile decem | de Communi 1. loco.

Ad Laud. com. Oct. Dedic.

Ant. Zachǽe, festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére: at ille festínans descéndit. et suscépit illum gaudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est. Allelúja. ℣. Hæc est domus.

Oratio ut in 1. Vesp.

Vesp. de seq. com. præc. ant. Veni ℣. Diffusa. or. ut supra. Ult. com. oct. Ded. ut p. 9.

---

Die 17. Septembris.

## Octava Dedicationis Eccl. Cathedr.

Dupl. maj.

Omnia ut in Breviario.

Ad utrasque Vesp. et ad Laud. com. Impression. stigmatum s. Francisci, ut in Breviario.

De impress. stigmat. s. Francisci

Lectio ix.

Franciscus singulári privilégio retroáctis sǽculis non concésso insignítus appáruit, cum sacris Stigmátibus decorátus descéndit de monte secum ferens Crucifíxi effígiem, non in tábulis lapídeis vel lígneis, manu figurátam artíficis, sed in cárneis membris descríptam dígito Dei vivi. Quóniam sacraméntum Regis Seráphicus vir abscóndere bonum esse óptime norat, secréti regális cónscius, signácula illa sacra pro víribus occultábat. Verum quia Dei est ad glóriam suam magna reveláre, quæ facit, Dóminus ipse, qui signácula illa secréte imprésserat, mirácula quædam apérte per ipsa monstrávit, ut illórum occúlta et mira vis Stigmatum, manifésta patéret



claritáte signórum. Porro rem admirábilem, ac tantópere testátam, atque in pontifíciis diplomátibus, præcípuis láudibus et favóribus exaltátam, Benedíctus Papa undécimus anniversária solemnitáte celebrári vóluit: quam póstea Paulus quintus Póntifex máximus, ut corda fidélium in Christi crucifíxi accenderéntur amórem, ad univérsam Ecclésiam propagávit. Te Deum.

---

Die 12. Octobris.

In eccles. consecr. excepta Cathedr.

## Dedicatio Ecclesiae propriae.

Duplex 1. cl. cum octava.

---

Die 16. Octobris.

## S. Galli Abbatis.

Semiduplex.

Ant. ad Magn. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. ℣. Amávit.

Oratio.

Intercéssio nos, quǽsumus Dómine, beáti Galli Abbátis commendet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. (Per Dóminum nostrum.)

Ultimo in eccles. consecr. (excepta Cathedr.) com. Oct. Dedic.

Ant. O quam metuéndus est locus iste; vere non est hic áliud, nisi domus Dei et porta cœli. ℣. Domum tuam.

Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hújus sancti templi tui consecratiónis réparas diem et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui et præsta; ut quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dom.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Gallus génere Scotus, nóbili família ortus, adhuc

adoléscens a sancto Columbáno in christiána pietáte institútus, inde relícta pátria ad Gallos et Helvétios proféctus est: ubi complúres eórum fídei præcéptis informávit: álios étiam, cum ad lacum Duriéntium idolórum cúltui ac pravis superstitiónibus déditos cérneret, ardénti pietátis zelo armátus, ad veri Dei cultum perdúxit: dæmonum simulácra commínuit: fana, in quibus sacrificábant, igne succéndit.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

### Lectio v.

In solitúdinem deínde secédens, ut rerum cœléstium meditatióni libérius óperam daret, loca solis feris pérvia delégit. Ubi étiam béllulæ se illi, feritáte depósita, submittébant. Inde primo quidem dæmones tristi cum ejulátu recessérunt; deínde vero revérsi, acrem cum athléta Christi pugnam ineúntes, fœdissimis eum spectris assídue sic exercébant, ut in illis tentatiónum æstu triduáni jejúnii armis et férreæ caténæ diverberatióne vis doméstici hostis et extérni fúerit ácriter contúsa.

℟. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. * Et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Induit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. Et ad portas.

### Lectio vi.

Tandem erumpénte e látebris tantæ sanctitátis fama, Dux Gunzo eum supplex ad fíliam, quæ a dæmone vexabátur, curándam invitávit.



[Qu]i ille ágere cum primo [r]ecusásset, caritáte tamen [i]mpúlsus, in viam se dedit. Cumque duo Epíscopi in dæmone expelléndo frustra jam laborássent, sola Gallus oratióne puéllam sanat: a quo melióris vitæ instrúcta consíliis, sacrum velámen suscépit. Ipse vero spretis ducis munéribus et Constantiénsi episcopátu recusáto, ad solitúdinem revértitur. In qua multis mónachis sevérióris disciplínæ stúdio informátis, multísque monastériis fundátis, consummáta ætáte in Dómino requiévit.

℟. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. ℣. Iste est qui contémpsit vitam mundi et pervénit ad cœléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III. Nocturno Homilia in Evangelium Ecce nos Communi Abbat.

Ad Laud. com. Dedic. eccl. propr.

Ant. Zachǽe, festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére; at ille festínans descéndit et suscépit illum gáudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est, allel. ℣. Hæc est.

Oratio ut supra.

In Cath. ejus loco dicitur Suffr.

V. a cap. de seq. com. præc.

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna triúmphans, divítias cœlo cóndidit, ore, manu. ℣. Justum.

Or. ut supra.

Deinde oct. Dedic. eccl. propr. ut supra p. 13.

In Cath. ejus loco dicitur Suffr.

---

Die 19. Octobris.

## Octava Dedicationis Eccl. propr.

Dupl. maj.

Omnia ut in Breviario.

In utrisque Vesp. et Laud. com. S. Petri de Alcantara C. ut in Breviario.

De s. Petro de Alcant. C.

### Lectio ix.

Petrus, Alcántaræ in Hispánia nobílibus paréntibus natus, décimo sexto ætátis anno, órdinem Minórum ingréssus, se ómnium virtútum, præcípue paupertátis et castitátis exémplar exhíbuit, et innúmeros, verbi Dei prædicatióne, a vítiis ad pœniténtiam tradúxit. Primævum sancti Francísci institútum reparáre studens, in angustíssimo et paupérrimo cœnóbio juxta Pedrósum exstrúcto, aspérrimum vitæ genus felíciter incœpit, quod deínde mirífice propagátum est. Sanctæ Terésiæ, cujus probáverat spíritum et a qua sanctus vivens passim vocabátur, in promovénda Carmelitárum reformatióne adjútor fuit. Contemplatiónis et miraculórum grátia insígnem, dono prophetíæ ac discretiónis spirítuum imbútum fuísse, éadem sancta Terésia testátur. Dénique annum agens sexagésimum tértium, migrávit in cælum. Quem beáta Terésia mirábili glória renidéntem per visum conspéxit.

Te Deum.

Die 17. Novembris.

## S. Florini Confessoris

Duplex. Oratio.

Deus, qui hodiérna die nobis tribuísti beáti Floríni Confessóris tui solemnitátem venerári: adésto propítius Ecclésiæ tuæ précibus, et ex ejus nobis imitatióne concéde pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

Fit com. s. Gregorii Thaumat. E. C.

Ant. Sacérdos et Póntifex et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum. ℣. Justum.

Oratio.

Da quǽsumus omnípotens Deus: ut beáti Gregórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas; et devotiónem áugeat et salútem. Per Dómin.



In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

### In II. Nocturno.

### Lectio iv.

Florínus Amátiæ in valle Venústa comitátus Tirolénsis natus, a paréntibus jam adolescéntiam ingréssus cúidam presbýtero ad divum Petrum Heremúsciæ erudiéndus tráditur, qui perspéctis Floríni virtútibus, eúmdem sibi œcónomum constítuit: quo in offício nihil is de spíritus fervóre remíttens, talem fecit in virtútum stúdio progréssum, ut eum Deus étiam miráculo approbáret. Accídit enim aliquándo, ut vinum ex castro Canítias nuncupáto, dómino suo pro more ferens féminam óbviam habéret paupérculam, stipem pro viro suo ægro rogántem; cujus miserátus vinum ei largítur, quod ferébat, et loco vini aquam repónens eam mox in vinum a se versam suo dómino libándam appórtat.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

### Lectio v.

Présbyter dein factus dómino suo ad divum Petrum Heremúsciæ cum successísset, ea cura ac stúdio suam illam administrávit provínciam, ut et summum Dei favórem conciliáverit et pópulo sibi concrédito virtútum ómnium exémplo ac sanctitátis laude prælúxerit. Post mortem, quam sibi divínitus revelátam prænuntiáverat, accurréntes ejus propínqui sacrum

pignus ab Heremúscis amíce répetunt, vim étiam inférre paráti, ubi verba nihil profecíssent: quorum conátus astu pio eludéntes Heremúsci, parátam arcam sarcóphago sancti persímilem quibúsdam illíus véstibus oplétam concédunt sicque propínquos, reténto córpore, in pace lætos dimíttunt. Tandem témporis progréssu cum prope jam memória sancti periísset, cúidam presbýtero in paróchia successóri appáruit docens, velle suum corpus transférri et in ecclésia post divi Petri altáre collocári.

℟. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Induit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. Et.

Lectio vi.

Quanti vero apud Deum mériti fúerit noster hic sanctus, palam fáciunt mirácula plura ejus patrocínio patráta, quæ in languóribus tam animórum, quam córporum, morbísque curándis enituérunt. Inter ália vinum, quo corpus ejus tunc adhuc íntegrum fuit ablútum, váriis ægris salúti fuit. Baro de Vázia vir liberióris álias vitæ, cum alicújus energúmenæ liberatióni méritis sancti factæ spectátor interésset, ánimo inde mutátus, anteáctam vitam pœniténtiæ virtúte emendávit, et Curwaldénse monastérium exstrúxit. Cœpit inde sanctus frequénti hóminum ad ejus sepúlchrum peregrinántium concúrsu celebrári, donísque votívis honorári.

℟. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. ℣. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cœléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.



In III. Nocturno Homilia in Evangel. Nolite timere, de eodem Communi 2. loco.

Pro s. Gregorio Thaum. E. C.

Lectio ix.

Gregórius Neocæsaréæ Ponti epíscopus sanctitáte doctrináque illústris, signis vero ac miráculis multo illústrior, quorum multitúdine atque præstántia Thaumatúrgus appellátus est, et sancti Basílii testimónio cum Moyse, Prophétis et Apóstolis comparátus; montem, qui ecclésiæ ædificatiónem impediébat, oratióne álio tránstulit. Item palúdem, inter fratres causam discordiárum, exsiccávit. Lycum flúvium, pernicióse agros inundántem defíxo ad ripam, quo sustentabátur, báculo, qui statim viréntem crevit in árborem, coércuit, ut póstea ultra eum términum non efflúxerit. Sæpíssime dæmones ex idolórum simulácris atque ex hóminum corpóribus ejécit, múltaque alia mirabíliter effécit, quibus innumerábiles hómines traxit ad Jesu Christi fidem, cum étiam prophético spíritu futúra prædíceret. Qui migratúrus e vita, cum quæsísset quot in civitáte Neocæsariénsi réliqui essent infidéles, responsúmque esset, tantum esse septémdecim; Deo grátias agens, Tótidem, inquit, erant fidéles, cum cœpi episcopátum. Plura scripsit, quibus étiam, non solum miráculis, Dei Ecclésiam illustrávit. Te Deum.

In Laud. fit com. s. Gregorii E. C.

Ant. Euge serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus ℣. Amávit. or. Da quæsumus ut supra.

V. de seq. com. præc.

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna tri-

úmphans, divítias cœlo cóndidit, ore manu.
℣. Justum. or. ut in 1. V.
Deinde s. Gregorii E. C.
Ant. Amávit eum Dóminus et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum: et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Elég... eum Dóminus. or. ut supra

# Index.


| | Pag. |
|---|---|
| Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis dupl. 1. cl. cum oct. 10. Sept. | 8 |
| Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis Octava dupl. maj. 17. Sept. | 12 |
| Dedicatio Ecclesiæ propriæ dupl. 1. cl. cum oct. 12. Octobr. | 13 |
| Dedicationis Ecclesiæ propriæ Octava dupl. maj. 19. Octobr. | 15 |
| Florini C. dupl. 17. Novembr. | 16 |
| Galli Abb. sem. 16. Octobr. | 13 |
| Gregorii Thaumaturgi E. C. com. 17. Novembr. | 16 |
| Impressio stigm. s. Francisci com. 17. Septembr. | 12 |
| Magni Abb. dupl. 6. Septembr. | 6 |
| Nicolai a Tolet. C. com. 10. Septembr. | 8 |
| Nothburgæ V. dupl. 13. Septembr. | 8 |
| Petri de Alcant. C. com. 19. Octobr. | 16 |


# INDICES

## I

## INDEX PSALMORUM NUMERICUS


| Psalmus | | pag. | Psalmus | | pag. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Beatus vir | 31 | 24, ii | Dulcis et rectus | 111 |
| 2 | Quare fremuerunt | 32 | 24, iii | Oculi mei | 112 |
| 3 | Domine, quid | 32 | 25 | Judica me | 145 |
| 4 | Cum invocarem | 59 | 26, i | Dñs illuminatio | 83 |
| 5 | Verba mea | 70 | 26, ii | Exaudi, Domine | 84 |
| 6 | Dñe, ne in furore | 93 | 27 | Ad te, Domine | 84 |
| 7, i | Dñe, Deus meus | 93 | 28 | Afferte Domino | 70 |
| 7, ii | Justum adjutorium | 94 | 29 | Exaltabo te | 68 |
| 8 | Dñe, Dñs noster | 33 | 30, i | In te, Domine | 85 |
| 9, i | Confitebor tibi | 33 | 30, ii | Miserere mei, Dñe | 86 |
| 9, ii | Psallite Domino | 34 | 30, iii | Quam magna | 86 |
| 9, iii | Ut quid, Domine | 35 | | | |
| 9, iv | Exsurge, Domine | 35 | 31 | Beati quorum | 87 |
| 10 | In Domino confido | 36 | 32, i | Exsultate, justi | 88 |
| | | | 32, ii | Beata gens | 89 |
| 11 | Salvum me fac | 125 | 33, i | Benedicam Dñm | 162 |
| 12 | Usquequo | 126 | 33, ii | Venite, filii | 163 |
| 13 | Dixit insipiens | 63 | 34, i | Judica, Domine | 96 |
| 14 | Dñe, quis habitabit | 63 | 34, ii | Surgentes testes | 97 |
| 15 | Conserva me | 126 | 34, iii | Confitebor | 97 |
| 16 | Exaudi, Domine | 64 | 35 | Dixit injustus | 173 |
| 17, i | Diligam te | 65 | 36, i | Noli æmulari | 98 |
| 17, ii | Misit de summo | 66 | 36, ii | Melius est | 99 |
| 17, iii | Et dedisti | 66 | 36, iii | Os justi | 100 |
| 18, i | Cæli enarrant | 78 | 37, i | Dñe, ne in furore | 100 |
| 18, ii | Lex Domini | 78 | 37, ii | Amici mei | 101 |
| 19 | Exaudiat te | 67 | 38 | Dixi: Custodiam | 101 |
| 20 | Domine, in virtute | 68 | 39, i | Exspectans | 117 |
| | | | 39, ii | Annuntiavi | 117 |
| 21, i | Deus, Deus meus | 216 | 39, iii | Confundantur | 118 |
| 21, ii | Circumdederunt | 217 | 40 | Beatus qui | 119 |
| 21, iii | Qui timetis | 217 | | | |
| 22 | Dominus regit me | 182 | 41, i | Quemadmodum | 119 |
| 23 | Domini est terra | 77 | 41, ii | Ad meipsum | 120 |
| 24, i | Ad te, Dñe, levavi | 111 | 42 | Judica me | 103 |